

**2006 TSJCL Sight Recitation
Level 3**

Sed tandem Galli principis iussa contemnunt; Romanos prope Alesiam aggressi facile superantur; multi eorum occiduntur; reliquos Vercingetoris Alesiam reducit, quod oppidum in summo colle erat, et naturā et opere egregiē munitum. Caesar oppidum obsidēre instituit, sed magnam aestatis partem Galli oppidum acriter defendebatn. Interea Vercingetoris auxilium undique rogat; tandem, ubi in oppido summa erat cibi inopia, magnae Gallorum copiae advenerunt. Dum Romani contra hunc exercitum pugnant Vercingetorigis milites oppido egressi eos a tergo oppugnaverunt. Tandem post proelium acerrimum Galli se in fugam vertunt. Equites Romani eos fugientes secuti magnam caedem efficiunt.

(Civis Romanus)